



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CLXX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

S V M M A E.

1 *Peius non tenetur si in possessione rei vendite, nel donatæ, venditoris facinus presumitur simulatus, & in fraudem factus, propter dicitur non. 5. usque ad nume. 9.*

2 *Aliquis, qui donato supposito criminis tam commissi, vel statuentis, facta presumitur ficta, & simulata, quandoque, seu donans in rei possessione remansit, & numerus in libro dicitur 17.*

3 *Peius non tenetur si possidendo, nec iuramentum hanc simulationem, & finem tollit, sed vera, & actualis rei traditio operatur. & quando, & quomodo dictum de iuramento praenotat. num. 13.*

4 *Constitutio multis modis simulatus, & in fraudem factus dicitur, nempe, si per simulationem, seu alienationem quando non presumatur, nec contraria ratio, nec sufficiat possessio alienantis, seu contrarium pro alienatione, & contractu.*

E P I T O M E.

VENDITIONE rei simulatē facta, si emens postea ad fauorem uēditoris illam fuisse simulatam consensu fuerit, atque illi renunciauerit, et non tā ex confessione prædicta, sed ex aliis quoq; coniecturis dicta uēditio appareat simulata, non possē dictam confirmationem, et renunciationē dici simulatā, et fictitiā, sed eam esse ueram ad fauorem dicti uēditoris, quāuis post illam emptor, qui consensu fuit, et renunciāuit, ut §. in possessione illius rei esse coeperit, hic probat.

IN præſenti cauſa, viſis instrumentis un-
cum dubio mihi exhibitis, cum res coram
peritiſſimo uiro agatur, breuiter omiſſis
pluribus, quid iuris ſit, exponâ. Videtur. n.
prima fronte dicendi, confeſſionem, ac renunciatio-
nẽ factam à magnifico do. Poeta de Poetis in fauorẽ
Andrææ de Poetis fuiſſe, & eſſe fictitiã, ac ſimulatã,
& conſequenter nullã, fex quo poteſt dictam con-
feſſionem, & renũciationẽ do. Poeta tenuit, & poſſe-
dit rem, ſeu prædium, de quo lis in præſentia uertit,
uſque ad illius ultimum diẽ, & poſt cuius obitũ hæ-
redes ſui illud tenerent, atque poſſederent, & hoc ar-
gumento text. cum ibi not. per Bart. & omnes in l. ſi-
cut. S. ſuperuacui. ff. quibus mod. pig. ul. hypot. ſolui-
ui. & per ea, quæ dicit Specul. in tit. de dona. §. i. verſi.
ego dico &c. ¶ Secundo hoc idẽ comprobatur fex
not. per Bartolum, & cõmuniter omnes in l. poſt con-
tractum. ff. de donat. q̃ uolunt. alienationẽ, ſeu do-
rationem factam ſuſpitione criminis iam cõmiſſi,
uel ſtatim cõmittendi præſumi fictitiã, & ſimulatã,
qñ poſt alienationem factam ille, qui alienauit,
in poſſeſſione rei alienatæ remanſit, & ideõ talis ſimu-
lata alienatio non nocet ſiſco, ad quem bona alienã-
tis ratione delicti cõmiſſi peruenire debebant, tan-
quam in fraudẽ ſiſci ſacta. Ita in ſimili uidebatur
in terminis noſtris concludendum, cõ poſt confeſſio-
nẽ, & renũciationẽ ab ipſo do. Poeta factã de ſimu-
latione, & fictione p̃ctus præambuli uenditionis illi
factæ à dicto Andræa in poſſeſſione ipſius rei eſſe, ac
renũciatæ remanſerit. Nec ſad tollendã ſimulatione-
nem, & fictionẽ huiuſmodi confeſſionis, & renũcia-
tionis ſufficit, q̃ Andræas poſſederit, ſeu in poſſeſſio-
ne fuerit per pactum conſtituti, ſeu precarij de poſſi-
dendo, per quod ſecundum cõmune opinionẽ, ac di-
ſpoſitionem prouiſionũ communis Bononiæ omnis
poſſeſſio naturalis, & ciuilis tranſfertur in eum, cu-
ius nomine conſtituitur ad tradita per Bar. & omnes
in

in l. quod meo. & in l. interdum. ff. de acqui. poss. cum
simil. sed requiritur, qd ille, qui alienauit, uerè, & actua-
liter tradiderit illi, in quem facta fuit alienatio, & qd
is in uera, & actuali possessione fuerit, Bar. in d. l. sicut.
§. superuacuum. & in d. l. post dictum, quem scriben-
cōmuniter sequuntur. & Salic. ac Bal. in l. emptione.
C. plus ual. quod agitur. Nō prodest ēt ad tollendam
simulationem dictus, qd iuramentū in dictu interuene-
rit, Bar. Imol. & alii in l. nemo potest. ff. de leg. 1. nam
eum dictus principalis præsūmatur simulatus, omnia
similiter in eo contenta præsūmuntur simulata, arg.
l. non dubium. C. de legibus. ¶ Quibus non obstanti-
bus, contrariam opinionem in casu nostro uerorem
esse existimo, & in primis præsūpono, qd cōtractus
multis modis dicitur simulatus, & in fraudem factus.
Primo enim contractus dicitur in fraudem factus, qn
in se tener, & ualere, sed dantur reuocatoriæ actiones
ad illum rescindendū, ut qn debitor in fraudē credi-
torum bona sua alienaret, ut per totum ff. de ijs, quæ
in frau. credit. vel qn quis bona alienaret in fraudem
eius, qui sibi necessārio succedere debebat, ut libertus
in fraudem patroni, ueluti habetur in l. 2. & per totū.
C. de his, quæ in frau. patro. & ff. si quid in frau. patro.
& de hac simulatione loquitur etiam tex. in l. si ex cre-
ditoribus. C. de seruo pigno. da. manum. & in l. cū pro-
fitearis. C. de reuocan. dona. De qua simulatione, seu
fraudulenta alienatione, qd propriè non dicitur simu-
lata, sed fraudulenta, ut per Bar. in d. l. post contractū,
in 3. col. nos non loquimur, sed de illa, quæ contractū
reddidit nullum, & per quā effectus ipsius dictus prohi-
betur. Secundo contractus dicitur simulatus, seu ima-
ginarius, hoc est parum duraturus, ut qn in ueritate
fit contractus, sed modico tempore est duraturus, qd
forte emptor cito debet retinere, ut est casus in
l. 4. §. si ab ignoto. & ibi glo. ff. de manumissio. de qua
simulatione, seu imaginaria alienatione etiam non
loquimur, cum natura huius simulationis sit, ut ex-
pressè hoc per pactum agatur. d. §. si ab ignoto. & in l.
2. C. de pactis inter emp. & uendi. & habetur per Bar.
in consil. suo incip. factum tale est, Petrus Nicola & c.
Tertia est simulatio, seu fictio contractus, qn unū taci-
tè inter contrahentes in ueritate agitur, & aliud simu-
latè concipitur, ut qn uolunt uerè pignus contrahe-
re, & propter tollenda suspicionem, & obiectionē usu-
rarum emptionem fingunt, ac contrahunt, & de hac
loquitur text. cum ibi not. in d. l. emptione. C. plus ua-
le. quod agitur, & ibi per totum. in c. ad nostram. de
emp. & uend. & in c. illo uos. de pigno. & ubique do-
cto. & habetur per Moder. Veron. in suo tracta. simu-
lat. contrac. nos autem neq; de hac simulatione tra-
ctamus, cum in casu nostro non fuerit unū in uerita-
te actū, & aliud simulatè conceptum. Quarto modo
contractus dicitur simulatus, & fictitiu, qn cōtractus
apparet factus, sed de mente cōtrahentium est, & in-
ter ipsos agitur, qd nihil fiat, & fit: de qua simulatione
loquitur. l. nuda. ff. de contrahen. emp. l. imaginaria.
ff. de regu. iur. & l. simulatè. ff. de ritu nuptia. & huius-
modi simulationes fiunt non, ut uerè aliquis contra-
ctus celebretur, nec ut aliqua contrahatur alienatio,
sed solū ad reparationem, & defensionem alicuius ca-
sus, & facti, ut ne bona ad fiscum perueniant ob suspi-
tionē alicuius criminis commissi, uel statim cōmitten-
di, uel ne bona ad creditores perueniant: de qua con-
tractus, & alienationis simulatione plenè tractatur p
Bart. in d. l. post contractum. & ibi omnes, & per eun-
dem Bar. in d. §. superuacuum. ibiq; est tex. cum aliis
simil. supra allegatis. Et prædicta ferè omnia sunt de
mente Bar. in d. consil. incip. factum tale est Petrus Ni-
cola, & dominorum de Rota in decis. 700. in nouis
incip. nor. per hoc solū, Bal. in addit. ad Specul. in tit.

de donat. in addit. magna, & idē Bal. tractat
C. depositi. Bar. aliquantulum. in l. emptione. ff.
de transac. & Bal. in l. & qui sub imagine. C. de
pigno. & de hac simulatione alienationis, qd
dictus propriè nos loquimur, & est casus nolue-
ret qn nulla in ueritate esset facta renuncia-
tio facta esset de simulatione dictus uerè
præsūmatur ex hoc, qd renunciāns in posses-
sione manfit, arg. not. per Bar. in d. l. post dictum.
peruacuum. ¶ His præsūpositis, ad calcu-
do deueniendo, dico, qd ubique: quæ
simulationis prædictæ, & de qua nos loqui-
mur, illa uidelicet, quæ fit ad reparationem
fisionē alicuius casus, & facti, nō sufficit in-
simulationē allegare, nisi allegetur, atq; pro-
ba, ad cuius reparationē, seu defensionem
facta fuit, qn de iure dictæ fisiones, & facti
non præsūmuntur, nisi appareat, & probetur
quā fictio, & simulatio facta fuit. l. multi.
ff. rerum amot. cum simul. allegatis per Bar.
consil. qui hoc uult in terminis per totū in c.
nuncia. in 6. sicut enim donatio dici non potest
metu mortis, nisi qn aliquod mortis periculum
l. 1. cum sequen. ff. de dona. ita non potest
tuo, seu alienatio ficta, & simulatè facta argu-
nē, seu defensionē alicuius casus, uel facti, nisi
instet, ut quia instet suspitio criminis iam cō-
statim cōmittēdi, propter quod bonorum pignus
nantis publicatio sequi deberet, ut per Bar. in
Pau. de Cast. in d. l. post contractum. uel
dicta alienatio simulatè, & fictè in fraudem
& æris alieni iam imminētis, prout loquimur
d. §. superuacuum. & in d. l. & qui sub imagine.
ff. rerum amot. qui igitur dicit instrumentū
ctum, & simulatū, uel apparenter factum
re, & probare causam fisionis, & simulationis
cuius casus reparationem fit facta. Et idē Bal.
lum, qd donator, uel alienans post alienationem
donationem in possessione remansit, cōtrahens
arguitur, neque præsūmatur simulatus, pignus
nec apparenter factus, quia ex sola possessione
apparet causa simulata, quæ debet ante illud
ni, atq; probari. Et in casu d. §. superuacuum
& imminēbat causa, quare ad excludendū
rem simulata uenditio facta esset, uidelicet
æris alieni iam imminētis, & creditoris
tor causam simulationis allegabat. Unde
si ibi ex hoc, quod alienans in possessione
dictus simulatio, & fictio præsūmuntur. Eodem
in d. l. & qui sub imagine imminēbat, & allegat
causa, propter quā simulatio facta dicebatur
Bar. in d. consil. inquit optimè facere ad ea, qd
met ponit in d. l. post contractum. qd tempore
est apparere causam, propter quā ficta donatio
fuit, atque præsūmatur, nā ex sola possessione
sumitur, nisi allegetur, & probetur causa
nis, & fisionis contractus, quæ tempore
factæ debet imminere, ut in casu d. §. superuacuum
& eorum, quæ Bart. ponit ibi. & in d. l. post contractum
ubi hoc in terminis Pau. de Cast. & post eundem
ibi. & in d. §. superuacuum confirmant. Hoc
minis ponit statutū huius ciuitatis sub rub. de
simulatis, & simulatis, uolens alienationem
simulatas, qn factæ fuerint ab eo, qui reponit
tionis erat in aliqua rixa constitutus, uel malitiam
qd cōmiserat, & post alienationē in detentio-
possessione rei remansit cū effectu pcepto
& redditus. Et pñr siue consideremus aliquem
iuris communis, siue iuris municipalis, nō habet

nis, & renunciationis, & semper facienda est alia interpretatio, quam donationis per supra dicta. Et ideo quauis do. Poeta & eius heredes post praedictam confessionem, & renunciationem diu possederint, tamen praesumendum est illos ex alia causa possedisse, quam ex causa primae uenditionis, cum uenditio fuerit nulla, & post eam non ipse do. Poeta, sed Andreas uenditor possederit. Et cum ipse do. Poeta esset tunc ualde potens tanquam unus de numero sexdecim uirorum, qui quicquid uolebant, consequebantur, praesumi poterit ipsum post dictam confessionem per potentiam, & coactum inuitis Andrea, & heredibus suis possedisse. Accedat ad propositum nostrum illa uera, & communis doctrina Bar. & aliorum, quod si quando uenditor post uenditionem in possessione remansit, & semper actualiter possedit, uenditio praesumitur si mulata, & fictitia, nisi uenditor, & alienator emptori de fructibus responderit: ita in terminis dicit Bart. in d. S. superuacuum. per tex. in l. litibus. C. de agrico. & censu. lib. 1. i. & in d. l. post contractum. & Specula. hoc confirmat in tit. de donat. S. 1. i. uersu. ego dico, qd si. Sed, ut mihi in facto praesupponitur, post confessionem, & renunciationem a do. Poeta in fauorem Andreae factam, & eo tempore, quo do. Poeta, & sui heredes possedisse dicuntur, fuit per ipsos dicto Andreae, uel heredibus suis certis temporibus de fructibus, & redditibus dictae rei responsum, ergo dicta confessio, & renuntiatio per do. Poetam facta non fuit simulata, nec ficta: sed uenditio praebula est illa, quae fuit simulata, & imaginaria. ¶ Succurrit etiam ultra praedicta unum aliud, & non quamuis iuramentum super contractu interpositum non tollat contractus simulationem, ut supra dixi, tamen illud est uerum, quando super contractu fuit simpliciter, & generaliter iuratum, secus si specialiter fuisset iuratum omnia, & singula in instrumento contenta fore, & esse uera, ut in terminis inquit Ioan. de Imo. & ibi refert, ac sequitur Alex. in l. nemo pot. ff. de lega. 1. & habetur per Imol. in d. c. ad nostram. circa si. & per dictos Moder. Vero. in d. tracta. simulat. in 7. praesumptione. circa si. cum multis aliis similibus, iuramentum enim sic interpositum praesumptionem simulationis, & fraudis tollit, ac cessare facit. Sed in dicto instrumento confessionis, & renunciationis per do. Poetam factae ipse iurauit specialiter omnia, & singula in instrumento contenta fuisse, & esse uera, ergo &c. ¶ Superesset nunc respondendum adductis in contrarium, uerum quia ex supra dictis clara apparet responsio, & ut plenè demonstratu, si illa rectè consideretur, non faciunt in contrarium, sed opinionem, quam sequutus fui, confirmant, ne sapius idem repetatur, aliter in hoc insisto, sed concludo iudicandum esse ad fauorem heredum dicti Andreae, ad quos spectat possessio illa, de quo nunc lis uertitur non obstante eo, qd do. Poeta post confessionem, & renunciationem ab eo factam non remanserit in possessione, sed possidere tunc dictam rem coeperit, & heredes illius actualè patris sui possessionem continuauerint, nam cum heredes dicti Andreae comodo, & possessione dictae rei in praeteritum fuerint contra ius, & illegitimè priuati, inconueniens esset, quod et in futurum priuarentur, siquidem si afflictio afflictio addi non debet. c. cum percussio. 7. q. 1. l. diuus. ff. de offi. praesid. & l. tam de mentis. C. de epi. co. audien. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Requisitio, & denunciatio non est necessaria in eo, qui per notorium, & publicam proscriptionem, uel aliter est cercioratus: & quando hoc uerum sit num. 23.
- 2 Appellatio ad Papam interposita quomodo, & quando appellatio sit intimanda.
- 3 Notoria, & manifesta res efficitur per proscriptionem publicam,

palam clavis literis propositum.

- 4 Cercioratio in notorijs non, requiritur: & quando sit numero. 24.
- 5 Nec citatio, neque monitio, Contra num. 36.
- 6 Dispositio penalis, qua simpliciter ad aliam causam extendatur, & num. 37.
- 7 Requirendus ad faciendum aliquid quid tacite respiciatur: & quomodo hoc sit uerum. num. 31. & 32.
- 8 Protestatio, seu denunciatio est quadruplex.
- 9 Protestatio seu denunciatio incitatoria, ad quid fiat, & num. 21.
- 10 Denunciatio, seu requisitio ex dispositione statuti facit, uel coniuncto a uolente donum, aut rem alienatur incitatoria, seu inuitatoria, & ad fauorem cui est dicitur introducta, num. 19.
- 11 Requisitio, seu protestatio incitatoria, uel inuitatoria actum necessaria non tollit ex simpliciter scripta, & requirendi.
- 12 Proscriptio palam, & publice facta rem ad notitiam simpliciter deducit, non autem inuitat, neque.
- 13 Requisitio in scriptis, aut coram testibus facta reprobatur, & quando ex patio, uel statu, uel rem uendere sub pena tenentur, licet de requisitio nihil expresse sit cautum.
- 14 Scientia, & notitia simplex non sufficit, sed necessaria est, seu denunciatio, quado haec est de forma, & de modo.
- 15 Idem, quando lex denunciationem exigit.
- 16 Emphyteota potest suum emphyteoticum ab ipso domino uenale proponere, licet absque dicto consensu queat.
- 17 Quae sunt de forma, & solemnitate actus maxime si sunt ducta, debent ad uirum obseruari, alia uero non sunt quicquid factum esset.
- 18 Intimare personaliter, uel ad domum, & intimare publice, seu palam aliquid proponendo, sunt duo.
- 19 Forma, & solemnitas a lege, uel statu in fauorem introducta est omnino seruanda, nisi fuerit illi reuocata in cuius fauorem fuit introducta.
- 20 Denunciatio, seu requisitio incitatoria qualiter, & quomodo fiat.
- 21 Citatio per edicta publice facta regulariter non sufficit, quibus personaliter requiritur, nisi in casu specialiter per.
- 22 Certus quod non debeat amplius cerciorari, quomodo per.
- 23 Proscriptio, & propositio palam, & publice facta operaretur, quod intimare personaliter, uel ad domum.
- 24 Pena apposta in principio alicuius statuti penam non operatur etiam reuerita in additione posita in fine illius statuti. c. mero 29.
- 25 Annulatio actus non in odium alicuius, sed ad defensionem eius non est proprie pena.
- 26 Denunciatio, seu requisitio tacita non sufficit, quando per & substantia requisitio, & denunciatio, seu praecatio incitatoria esset necessaria.

E P I T O M E.

STATUTO Bononiensi sub rubrica de rebus communibus inter coniunctos nisi certo modo alienandis disponenti, quod uolens uendere rem, uel rem aliam &c. teneatur coniunctum, uel per se, uel per alium personaliter, uel ad domum, uel publice, aliam uenditio, uel alienatio ipso iure non liceat in prauiudicium coniuncti, uel uicini non operetur, non dicitur satisfactum, si palam, & publice literis res, uel domus fuerit uenalis proposita, & cedula, in qua uulgariter sit scriptum, Da Venerabili.

CONSILIVM CLXXI.

IRCA dubium propositum, an licet sit statuto posito sub rubrica de rebus communibus inter coniunctos, &c. certo modo non alienandis, in d. l. de rebus domi diuisam, q. fuit a principio sub ma-